B. N. C
FIRENZE
1017
24

1017 . 24

A 1

ORATIO BARTHOLO mei Arnolphini Luceñ Protonotarii Apoſtolici habita in publico Cōſiſtorio ad Adrianum . vi . Pont. Max. pro obedientia reipublicæ Luceñ.

Ex legato D: Equitis Antonij Francisci de Marinis

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872

Digitized by Google

ORATIO BARTHOLOMEI Arnolphini Luceñ. Protonotarii Apoſtolici habita in publico Conſiſtorio ad Adrianũ.vi.Pont. Max.pro obedientia reipublicæ Luceñ.

SI ullo vnq̃ tempore,Luceñ ciuitas Beatiſſime Pater, Summo Pontifici ueram obedientiam præſtare, ſeq; ipſam ad id promptam exhibere optauit,nunc certe totis uiribus,totiſq; animis, intimiſq; præcordiis,quod debet,quodq; optimos Chriſtianæ religionis cultores,& huic ſanctæ ſedi apoſtolicæ deuotos decet/erga. S. T .efficere maxime cupit & enixe ſtudet,tantoq; deſiderio tenebatur ſuo erga eandẽ officio ante omnes alios ſatisfaciendi,vt accepto gratiſſimo, & lætiſſimo nuncio,eius fœliciſſimi & optatiſſimi ad Vrbem aduentus,Oratores ſtatim ſuos deligendos, curauerit. Qui nullo ſæuientis peſtilentiæ impedimento remorante,Sanctitatem.T.reuerentiſſimæ ſtatim adirent, munuſq; debitum, ſibi iniunctum omni ſtudio & fide exequerentur,Quod profecto a nobis diligentiſſime factum extitiſſet,niſi ob ipſas ſuſpitiones ei aliter uiſum fuiſſe,atq; id ipſum differendũ nunciatum,& nobis de his conſulentibus intimatum fuiſſet.

Nunc autẽ precibus & Beatitudinis.T.meritis uenia a Deo opt.max.clementiſſimoq; impetrata,ac tot tantiſq; malis Vrbe Roma, uniuerſaq; Italia liberata, Dominorum & ciuiũ omnium noſtrorum iuſſu,humiles, ſuppliceſq; & ſanctiſſimis pedibus. B. T .prouoluti,omni qua poſſumus ac debemus,animorum noſtrorum deuotione,totoq; mẽtis affectu accedimus,eorũq; ac totius ciuitatis noſtræ nomine, de eius fœliciſſima ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptione,nobis ex ſumma dei prouidentia, beatorumq; omnium nutu, atq; auxilio data,eiq; merito conceſſa lætamur & ex toto cor

Digitized by Google

de gratulamur.Deoq; optimo imprimis,qui bonitate ſua hu
manum genus,uel inuitum tueri & conſeruare,ac in melius
ſemper reformare,& ſaluum fieri deſiderat, peruerſorumq;
conſilia diſſipat,ac populorum,malorũq; principum cogita
tiones reprobat,gratias ingentes agimus habemuſq;, quod
uobis ampliſſimi patres,diu pro Eccleſia certantibus, & bo/
ni Pontificis electione laborantibus ac reip.Chriſtianæ pro/
ſpicere ſumma ope adnitentibus, ſpiritum ſanctum immiſe
rit,ac ſuper uos deſcendere pro ſua ſumma,ac ſingulari pie/
tate permiſerit,quo inſpirante,mentes ueſtræ proprii hono/
ris & commodorũ ſuorum oblitæ,diuina ſuggerente clemẽ
tia,vrbe Roma relicta ad Hiſpanias uſq; penetrauerint,eũq;
nobis Pont.tantæ probitatis,tantæ prudentiæ,tãtæq pietatis
& prouidentiæ delegerint,ut boni omnes pauperesq; impri
mis & miſeri,doctiq; pariter,ingenioſi,bonarumq; diſcipli/
narum ſtudioſi omnes,ac Deum timentes & religionẽ colẽ
tes,exultantes plurimum pro tanto munere aſſidue gratias
agere non deſiſtant.Dominationibuſq;.V.Reuerendiſſimis
imperpetuum ſe debere publice,priuatimq; fateantur & prę
dicent,datus eſt enim & præpoſitus nobis,cuius uitã & mo/
res optimos, ſi(ut debemus)imitari uoluerimus,iam nullis
præceptis,aut legibus,quæ ſæpiſſime duræ & aſperæ, diffici
les,laborioſęq; uideri ſolent,amplius egeamus.Quod ſi ſpõ
te noſtra ad eius exemplũ,ueteri,& damnata uiuendi licen/
tia depoſita,reliquum uitæ noſtræ direxerimus,patrem opti/
mum piiſſimumq; paſtorem nos habituros eſſe minime du
bitandum fuerit,probos nãq; & doctos uiroſq; in rebus agẽ
dis bene & ſanctæ exercitatos,quiq; pro Eccleſię ſalute & di
gnitate cõſeruanda laborarunt,uel ſibi affuturos eſſe officio
& fide ubicũq; opus fuerit prompte ſe offerẽt,ſuſcipiet,foue
bit,honoribus ac dignitatibus dignos iudicabit atq; extollet.
Malos uero improbos,ſceleſtos,hereticoſq; omnes,ac defi/
de & Romana Eccleſia male ſentientes, atq; ſcandalum in
ea ponẽtes,eoſq; potiſſimum,qui noſtris his infœliciſſimis
temporibus inenarrabili quadam malignitate Chriſti Eccle/

ſta fundamenta,eius proprio,ac tantorum martirum præcio
ſiſſimo ſanguine iacta,ſanctiſſimorūq; patrum decreta,ſub-
uertere,ipſamq; Chriſtianā religionem penitus tollere, tāta
impietate tantaq; temeritate conantur,ita deo opitulante per
ſequetur,ut uel conuertantur omnino uel penitus diſſipētur
& funditus deleantur. Cum itaq; Pater Beatiſſime iampri/
dem mœror & luctus Chriſtianos uniuerſos ob cōtinua bel
la,ciuitatum direptiones uaſtationeſq;,ac Chriſtiani ſangui
nis effuſionem,pernicioſiſſimaſq; hereſes,iāpridem exortas
ac quottidie magis magiſq; ſeſe effundentes inuaſiſſet, deie-
ctiq; omnes eſſent & deſtituti,omneſq; ita de rebus ſuis deſ/
peraſſent,ut iam nullum eſſe Deum,inane cœlum, nullāq;
prouidentiam,palam & temere dicere auderent,per.T. Bea
titudinem ſibi his turbulentiſſimis tēporibus, quibus nullo
malorum,ac morborum genere caremus,cælitus demiſſam
in tantam,tāq; certam ſpem ſunt erecti,ut nihil amplius per
timeſcant,nihil perhorreſcant.Sed Principes ipſos,ſeditioni
bus,atq; diſcordiis dimiſſis,poſitiſq; odiis ad Beatitudinis.T.
nutum,pacem inter ſe facturos,eiuſq; optimo iudicio & iu-
ſtitiæ libere cōmiſſuros,miſeriſq; rebus ſuis mitius & beni-
gnius te auſpice & ſuaſore conſulturos eſſe ſperent atq; con-
fidant. Parta atem pace ope & opera. B. Tuæ ſine qua cūcta
in prçceps ruunt,bonaq; omnia deſtruunt,ac ſedatis tua pru
dentia controuertiis omnibus,Iuſtitiam colere,leges obſer-
uare,concordiam fouere, te moderante & clauum tenente,
certatim omnes ſtudebūt. Hinc igitur unanimes & concor-
des te duce atq; authore,teq; monente & in Chriſti nomine
adhortante promptiſſime & libentiſſime Chriſtiani omnes
arma ſument,contra immanem illam & ferociſſimam bel-
luam ſpurciſſimum Mahumentem Turcarum regem, Chri
ſtiani nominis perpetuū hoſtem,ſanguinem,uitā, animaſq;
noſtras ſemper ſitientem.Qui Chriſtianorum diſcordiis,diſ
ſentionibuſq; fretus,proximis annis tanta noſtrorum miſe-
randa ſtrage capta & expugnata Alba græca quam Belgra/
dum uocant,locum quidem natura & arte munitiſſimū, &

qua ſibi ad Germanos,facillimū ac tutiſſimum iter aperuit,
non mediocrem Chriſtianis omnibus formidinem ac terro-
rem incuſſit,quiue nuper tanta rabie,ſibi & ſuis nullo modo
parcens,tam graui atq; enormi,ſuorum exercituū clade,cla-
riſſimam Rhodum inſulam & muniriſſimā ciuitatem,totius
Chriſtianæ reip.propugnaculū,& unicum decus, expugna-
re,diripere,incendere,ac funditus euertere ſuperbiſſime mi
natus,eo tandem perpulit,ut per negligentiam atq; ſecordiā
diſcordiaſq; noſtras,& mutua odia(quod Chriſtianis omni
bus miſerabile perpetuum,ac indelebile dedecus futurū eſt)
turpiſſimam nefandamq; deditionem facere coegerit, cuius
furorem atq; impetū , tanta uictoria exultantis,niſi ſtatim &
abſq; ulla mora,tua diligētia atq; animi magnitudine cōpreſ
ſeris breui(qđ abſit)grauiſſima xpianis oībus parātur exci-
dia Eya igitur Beatiſſime Pr̄ innata illa probitate tua,pietate
immenſa, diuinaq; ſapientia,quæ Deus optimus in te potiſſi
mum ſibi his temporibus ad hæc elegit , alacri & fortiſſimo
animo,præſentiſſimoq; tuo & optimorum tibi aſſidentium
patrum conſilio,opus hoc laudatiſſimum , ac perneceſſariū
aggredere,quod tātæ rei expedit celeriter fieri præcipe,pacis
leges impone,ac authoritate tibi ab ipſo Deo præſtita,cuius
auſpiciis cuncta diſponis,ſeruari manda, teq; ipſum ad ſan-
ctiſſimam hanc expeditionem pro redimendo Chriſti ſan-
guine,Ducem & Imperatorem propone , cæteroſq; omnes
ſequi iube,certe uo.is animiſq; parebunt & ſequētur omnes
neq; quiſq; tuum Imperium recuſare,aut onus ullum ſibi im
poſitum effugere non modo non audebit,uerū libentiſſimo
ac promptiſſimo animo ſubibit. Aderit.S.tuæ & preclarum
illud ceptum tuum,ſanctum,piumq; ſuſtinebit , fouebitq; is
qui te ab extremis orbis partibus , ut huc uenires , domuſq;
ſuæ regimen hoc ſuſciperes,nauiculamq; Petri grauiter flu-
ctuantem,ac pene periclitantē regeres,prædeſtinauit,certuſq;
erit ipſe præſes & rerum omnium fautor & moderator,quo
adiutore,neq; pecunias bellorum neruos,neq; conſiliū neq;
fortiſſimas gentes,ad tantam rem incipiēdam, perficiendāq;

39 956045

Digitized by Google

ML